gracia dicens Vnc declinavit dilectus meus abire et declinare dilectus di-
non quod eos quos iam acquisierat delinquat et alios illis preferat sed
quia divinitas ubique presens sit alios sibi sociandos abit et declinat
ut quos iam sibi quesierat hos nunc incepta gracia confirmet Et que-
sivimus eum tetenus ipsum inde laborabimus investigare eum tamen alio
quia si absque te quereremus nunquam inveniremus ut nos filias con-
putaremur. Vel aliter ut sit dicere inde abiit et declinavit secundum vim
et potestatem eorum abire deus cum tamen sit ubique presencia potencia
et substancia quia licet ipsum secundum opera sua videamus attendamus tamen
invita et effabilis dei magnitudinem cognoscere non valemus quia
magnitudinis eius non est finis Maior enim gloria est in quod
de deo haberi potest est secundum opera eius Cum igitur a nobis quantum ad
suam incomprehensibilitatem abeat tamen ad nos per suam misericordie
graciam declinat ut licet plenam dei noticiam non habeamus tamen suorum
operum misericordiam animus attendere desideremus Explicit liber canticorum

Explicit liber canticorum

# Ecclesiasticus

Ecci. c°

Omnis sapiencia a deo est / Ecclesiasticus et ecclesiastes ethice utilissimus
est, qui congregator vel collector interpretatur sicut ille concionator
se ecclesiastes id est concionem efficitur et ad quoslibet predicare / ecclesiasticus
qui propter excellenciam virtutum suarum panarethos id est omnium virtutum capacem appellatum
cuius tanta claritas tanta quod latinitas est ut ipse sibi commendatus sit. Omnis sa-
piencia etc. Incipit ab eterna dei sapiencia que christus est qui eum pre-
est tempora ante secula secundum illud In principio erat verbum et verbum erat
apud deum etc. A domino deo est quia christus fons vite lux vera de
patre nascitur et omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil
Omnibus quibus hec sapiencia certe in tenebris ambulabat et nescit quo vadat
sapiencia enim huius mundi stulticia est apud deum et procedenda cum illo fuit et est ante evum
Arenam maris et pluvie guttas et dies seculi quis dinumeravit corporalia
spiritualibus comparat ut per difficillimos exemplos omnino impossibile est
estimetur Si enim hec que certo numero et mensura et pondere condita sunt
nemo potest dinumerare quanto minus sapienciam dei sine initio et
sine fine venerabilem inestimabilem potest investigare Prior omnium
creata est sapiencia etc. secundum humanitatem mediatoris dei patris scilicet pro sa-
lute generis humani predestinata est incarnari Verumtamen quia per
unitatem persone aliquando christus deus homo aliquid creatus est fons
sapiencie verbum dei in excelsis Origo enim omnis sapiencie a verbo

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/Hs-833/0098

Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt